

**BOLETIN ECLESIASTICO**

DE LOS OBISPADOS DE

**SALAMANCA Y CIUDAD-RODRIGO.**

*Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Pii divina providentia Papæ IX. Constitutio super* VICARIIS CAPITULARIBUS NEC NON ELECTIS ET NOMINATIS AD SEDES EPISCOPALES

VACANTES.

VACANTES.

**PIUS EPISCOPUS**

SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Romanus Pontifex, pro munere sibi divinitus collato regendi ac gubernandi universam Christi Ecclesiam, non solum SS. Canonum observantiam urgere, sed etiam illorum certum et authenticum sensum declarare satagit, si quando quidpiam dubitationis in aliquo occurrat, ne diversis interpretationibus materia præbeatur, atque inde Ecclesiasticæ disciplinæ unitas rumpatur, cum magno Ecclesiastici regiminis detrimento.